



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De faciei percussionibus, barbæ & capilloru[m] euulsionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

vnica tantū punctura in parte adeo sententiua spirituosā , dolorem soleat excipere intolerabilem : cogita qualis quamque acerbus dolor ille fuerit , quem vulnerum tam innumerabilia , & crassarum spinarum adeo penetrantes efficiebant.

3.
Figura capitis Christi spinis confixi.

Tertio reuolue tecum , sacratissimum Christi Seruatoris caput vsque adeo à spinarum aculeis fuisse vulneratum atque transfixum, vt completa in eo fuerit, paschalis figura, de quo DEVS præcepit, vt caput totum deuoraretur : quia caput Christi prorsus consumptum , & loqui fas est, deuoratum fuit à vulneribus & doloribus.

DE FACIEI PERCVSSIO
bus, & barba, atque capillorum
Christi euulsione.

1.
Percussiones faciei Christi.

PRIMUM considera faciem illam diuinam , plenā cœlesti maiestate, propter barbam in multis partibus euulsam , & sanguinem incessanter in copia è capitis vulneribus defluentem adeo fuisse deformatam & immutatam, non immeritò dixerit Isaias propheta *Quasi absconditus vultus eius, & despectus, & de nec reputauimus eum* : quibus verbis

Isai. 53.

nuit faciem Christi ita fuisse deformatū, vt propriam effigiem inuiferit, & amplius agnosci nequiverit.

Secundò expende tecum, illis barbæ euulsionibus, & dolorificis faciei Saluatoris percussionebus impletas & finitas fuisse quamplurimas prophetias: vt illam Iſaiæ. *Genas meas dedi vellentibus*: & Sanctus Iob. *Percussorunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis*. Et iterum. *Facies meâ intumuit à fletu*. Et Ieremiæ. *Dabit percutienti se maxillam*; & aliæ similes, in quibus considerare potes doloris magnitudinem, quem in hac corporis parte sensit.

Tertiò reuolue tecum, non modò manibus fuisse diuinam illam faciem percussam, verum ad maiorem Christi dolorem & contumeliam, fuisse quoque ab immanibus ministris adhibitas arūdines, quemadmodum prædixit Michæas propheta his verbis. *In virga percutient maxillam Iudicis Israel*. intelligens id de arundine qua caput & facies Christi, verissimi Israelitarum & totius mundi Iudicis, percussa fuit.

Quartò considera præter antedictas faciei percussiones & barbæ acerbissimas euulsiones, fuisse quoque capillos multis alijs in partib⁹ Christo euulsos, vsque adeo,

V 4 vt pel-

2.
Prædictiones de barbæ Christi euulsione & faciei percussionebus.
Iſai. 50.
Iob. 16.
Thren. 3.

3.
Mich. 5.

4.

Job. 19.

vt pelle capitis non tantum depilata, verum
etiam exangui & adusta remanente, in
verificatum fuerit illud S. Iob. *Pelli mea
sumptis carnibus adhasit os meum*: quod
inde est ac si diceret: ita doloribus con-
sumptus sum, vt nihil mihi amplius, præter pe-
lem & ossa reliquum sit.

DE VV LNERIBVS CORP
ris Christi propter flagella.

1.

P R I M Y M considera, sacratissimum
Christi corpus tam horrendum
modum flagellis fuisse dilaca-
tum, vt ab imo pedis, ad summum vultus
capitis verticē, nulla in eo pars sana re-
peteretur, quemadmodū rectē notat S. Be-
nardus dicens. *Corpus totum, ad eodē vulnerum
concisum, vt à planta pedis, vsque ad verticem
eius, non sit in eo sanitas.*

Serm. de
Passione.

2.

Numerus
verberum
Christi in
flagellatio-
ne.

S E C U N D O, expende tecum, in corpore
illo delicatissimo tot verbera ab immanibus
percussoribus atque tortoribus flagellis
exarata & impressa fuisse, vt secundum
vulgarem cōtemplatiuorum opinionem
ad numerum sex millium, sexcentorum
sexaginta sex peruenirent: ex quibus
factum est, vt totum illud corpus vnice
tantummodo vulnus, vel cumulus quorundam
vulnerum super vulnera esse videretur.